



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

XXX. Die von Alvensleben schenken dem Kloster Meyendorf 1 Hufe in Klein-Dreileben, am 18. Januar 1307.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56044)

XXIX. Die von Alvensleben schenken dem Kloster Marienborn 1 Hufe in Schermke,
am 29. Mai 1306.

Nos hinricus et fredericus de aluensfleue, milites, protestamur publice in hiis scriptis, quod ecclesie fontis sancte marie dedimus vnum mansum situm in campis uille, que dicitur scherembeke, qui mansus soluit annuatim dimidium chorum tritici et dimidium chorum filiginis, quam annonam reputamus ualere vnam marcā, que marca seruiet dominabus ibi deo seruientibus et beate marie sub hac forma uidelicet, quod dimidia marca per colonum illius mansi, qui pro tempore colerit uel habuerit, non domino preposito, sed domine priorisse et celerarie eiusdem loci debet presentari in quatuor temporibus, que ecclesia in septimana festi penthecostes consuevit celebrare ita, quod domine eiusdem loci dominica post quatuor tempora festi penthecostes cantent sollempniter uigilias et sequenti feria secunda missam pro defunctis, si autem festum occurrerit, poterunt uigilias et missam transferre, prout uidebitur expedire. In uigiliis et missa sequenti pro defunctis anniuersarium domini gheuehardi, patris predictorum militum, et domine mechtildis, matris eorundem, et domini gh., fratris eorum, et domine sophye, sue uxoris, et domine peterfchen et domine zacharie ac domini gh. junioris et domini gh., qui fuit templarius, et cuiusdam ottonis et mechtildis peragetur. Altera uero dimidia marca presentabitur in quatuor temporibus, que ecclesia in septimana festi uel ante festum dominorum consuevit celebrare et fiet tunc anniuersarium et seruitium, sicut factum fuit in quatuor temporibus prius dictis. Insuper rogamus, quod post obitum nostrum uxor domini frederici predicti et omnes liberi et uxores filiorum nostrorum post eorum obitum sepedictis anniuersariis includantur et quod simus participes omnium bonorum operum, que dominus in sepedicta ecclesia fieri ordinauerit nunc et in eum. Donationem mansi istius in presenti littera cum appensione sigillorum nostrorum fecimus communiri, ut nos nec aliquis heredum nostrorum ualeat amplius reuocare. Datum arxfleue, anno domini millesimo tricesimo VI^o, in octaua penthecostes.

Aus dem nach dem alten Marienborner Copialbuch angefertigten Copiarium (No. 47) f. 248 u. 249 im Königl. Prov.-Arch. zu Magdeburg.

XXX. Die von Alvensleben schenken dem Kloster Meyendorf 1 Hufe in Klein-Dreileben,
am 18. Januar 1307.

Nos Henricus et Fredericus de Alvensleben, milites, notum facimus litteras per presentes, quod Ecclesie b. Andree in meyendorp damus unum mansum situm in campo uille parui Dreyleve, qui mansus soluit annuatim dimidium corum tritici et dimidium chorum filiginis, quam annonam reputamus ualere unam marcā, que marca seruiet Dominabus ibi Deo seruientibus et b. Andree sub hac forma Videlicet, quod dimidia marca per colonum illius agri non Domino preposito, sed Domine Abbatisse et Cellerarie ejusdem loci debet presentari in quatuor temporibus, que Ecclesia in adventu

Domini consuevit celebrare ita, quod Domine ejusdem loci Dominica post quatuor tempora Adventus cantent solemner Vigiliis et sequenti feria secunda missam pro Defunctis: Anniversarius D. Gevehardi, Patris predictorum militum, et Domine mechtildis, matris eorundem, et D. Gevehardi, Fratris eorum, et D. Sophie, sue uxoris, et Domine Peterfchen et D. Zacharie et D. Gevehardi, qui fuit Templarius, et cujusdam Ottonis et mechtildis peragetur. Altera vero dimidia marca presentabitur eis in quatuor temporibus, que Ecclesia in Quadragesima consuevit celebrare et fiet tunc Anniversarius cum servitio, sicut factus fuit in Adventu. Insuper rogamus, quod post obitum nostrorum et uxorum Domini Frederici predicti et omnes liberi et uxores filiorum nostrorum post eorum obitum sepedictis Anniversariis includantur, Et quod simus participes omnium bonorum, que Dominus in sepedicta Ecclesia fieri ordinaverit nunc et in evum. Donationem istius mansi munimine Sigillorum fecimus roborari, ut nec nos, nec aliquis Heredum nostrorum possit in posterum revocare. Datum Meyendorp, Anno Domini MCCCVII, in die Priscæ Virginis gloriose.

Aus dem Copiarium des Klosters Meyendorp (No. 40) f. 27, angefertigt nach einem andern Copialb., das am Ende des vorigen Jahrhunderts zusammengeschrieben ist.

XXXI. Margarethe, Ehefrau Burchard's von Bartenleben, bestätigt den Verkauf von 3 Hufen in Wellendorf Seitens ihrer Brüder an das Kloster Althaldensleben, am 15. August 1308.

Ne veritas per ignorantiam succumbat et Justitia per oblivionem contumeliam patiatur, Literarum id solet Testimonio precaveri. Hinc est, quod Ego margaretha, Uxor strenui militis Domini Burchardi dicti de Bartenleve, recognosco protestando publice in his scriptis, quod venditionem et donationem proprietatis Trium mansorum in Wellendorp per fratres meos dilectos Hinricum et Alvericum, Dominos Castrenses in Vlechtingen, factam Ecclesie in veteri Hallensleve ratam et gratam teneo et tenere intendo perpetuo renuntiando omni Juri, quod mihi et pueris meis competit in presenti in predictis Bonis seu posset competere in futuro. In cuius rei evidens Testimonium presentem paginam conscribi et mariti mei perdilecti superius memorati feci sigilli munimine roborari. Datum Anno Domini MCCCVIII, in die Assumptionis Domine nostre.

Aus dem Copiarium des Klosters Alt-Haldensleben f. 55.

XXXII. Das Kloster Diesdorf verleiht dem Herzoge Otto von Braunschweig und Lüneburg für die Güter zu Liebern die Theilnahme an allen guten Werken, am 28. October 1308.

Illustri principi domino Ottoni, duci de Lunenburg et brunswic, Tidericus, dei gracia prepositus, Cunegundis, priorissa, et conuentus in distorpe, cum reuerencia con-